

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Libri historiarum quatuor [Rerum Romanarum epitoma] a [Joanne] Cuspiniano castigati cum ind**

**Florus, Lucius Annaeus**

**Vienne, 1511**

Liber tertivs

[urn:nbn:de:bsz:31-270805](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-270805)

TERTIVS.  
BELLVM ASIATICVM. TI. XX.

**V**icta ad occasum Hispania: P. R. ad orientem pacem agebat: nec pacem modo sed inusitata & incognita quidam felicitate relictae regis hereditatibus opes & tota in simul regna ueniebant Attalus rex pergamenorū regis Eumenis filius socii quondam cōmilitonisq; nri testamentū reliquit: Populus Romanus bonorū meorum haeres esto: In bonis regis haec fuerunt: Adita Igitur hereditate puinclam Populus Romanus nō quidem bello: nec armis: sed (q̄ est aequius) testamenti iure retinebat. sed hanc difficile dictū ē utrū facilius amiserit Populus Romāus: an recuperauerit. Aristonius regii sanguinis ferox iuuenis urbes regibus parere cōsuetas partim facile sollicitat: paucas resistentes/ Mindū/ Samon Colophonē ul recepit. Crafsi quoq; Pratoris Cedit exercitū: ip̄m quoq; coepit. Sed ille memor & familiae & Romani nominis/ eustodem sui Barbarum uirgula execat in exitium sui (quod uolebat) ira concitat. Mox a Perpenna domitus: & captus: & p̄ deditiōem in uinculis habitus. Aquilius Asiatici belli reliquias confecit/ mixtis (nephas) ueneno fontibus ad deditiōē quātidam urbium: quae res ut maturam: ita infamē fecit uictoriam: Quippe cum cōtra fas deum/ moresq; malorum medicaminibus ipuris in id tempus sacrosancta Romana arma uiolasset.

LVCII FLORI EPITOMA  
tis liber Tertius incipit.

DE BELLO IUGVRTHINO. TI. I.

**H**acc ad orientē: sed nō ad meridionalē plagā eadē ges. Quis speraret post Carthaginē: aliquod ī Africā bellū? Atqui nō leuiter se Numidia cōcussit: & fuit ī Iugurtha/ quod post Hannibalē timere: Quippe rex callidissimus Populum Romanū armis indyctū & iuictū opib; aggressus ē: & citra spē oīum/ fortuna cessit: ut rex fraude p̄cipuus: fraude caperetur. Hic auo Masinissa & Micypsa p̄ se per adoptionē

## LIBER

cum interficere fratres statuisset agitated regni cupiditate: nec illos magis q̄ senatum Populūq̄ Romanum: quorū ī fide & diē-  
tela regnū erat: metueret: primū scelus mandat infidiis: potitusq̄  
Hiempsals capite: cū se in Adherbalem cōuertisset: isq̄ Romā  
perfugisset: missa p̄ legatos pecunia traxit in sententiā suam se-  
natum: Et hæc fuit de nobis eius prima uictoria. Missos deinde  
qui regnū inter illum Adherbalēq̄ diuiderēt similiter aggressus  
cum in Scauro ipsos Romani impiū mores expugnasset: icoha-  
tū nephas p̄fecit audacius: Sed diu non latent scelera: corruptæ  
nephas legationis erupit: placuitq̄ bello persequi parricidam,  
Primus ī Numidiā, Calpurnius Bestia Cōsul imittitur. Sed rex  
præmonitus fortius aduersus Romanos aux̄ esse: q̄ ferrum: pa-  
cem emitt. Cuius flagitii reus cū interueniēte publica fide a scna-  
tu accersiretur: pari audacia & uenit: & competitorem imperiū  
Masinissæ Masinissam in missio percussore confecit. Hæc altera  
contra regem fuit causa bellandi. Igitur sequens ultio mādatur B  
Albino. Sed huius quoq̄ (proh dedecus) ita corrupit exercitum  
ut uoluntaria nostrorū fuga uinceret Numida/ castrisq̄ potiret:  
addito etiam turpi foedere: in precū salutis: quem/ quod prius  
emerat/ dimisit exercitum. Eodem tempore in ultionē non tam  
imperii Romani: q̄ pudoris/ Metellus a surgit: qui callidissime  
hostem nūc precibus: nunc minis: iam quasi simulata uera fuga  
eludentē/ artibus suis aggressus est. Agrosq̄ atq̄ uicorum popu-  
latione nō cōtentus/ ī ipsa Numidiā capita ipetū fecit: & zamā  
quidē frustra diu uoluit. Caterū Thalam/ grauē armis/ thesau-  
rorū regis diripuit. Tūc urbibus exutū regem/ etiā finium suorū  
regniq̄ fugitiuū p̄ Mauros: atq̄ Getuliam sequebat. Postremo  
Marius auctis admodum copiis cum p̄ obscuritate generis sui/  
capite cēfos sacramento adegisset: iā fufum & sautiū regem ad-  
ortus: nō facilius tū uicit q̄ si integrum & recentē. Hic & urbem  
Herculi conditā Capsam in media Africa sitam. anguibus are-  
nifq̄ uallatam mira q̄dam foelicitate supauit: Et saxo inditam  
monti Mulucham urbem per Ligurem aditu arduo inaccessēq̄  
penetrauit. Mox nō ipm modo: sed Bocchū Mauritanīæ regē  
iure sanguinis Numidiā uindicantē: ap̄ opidū Cirtham graui  
A. I. munitā

Pli. & Salu.  
Mulucham  
amnem nō  
esse scribit.  
A. I. munitā

TERTIVS.

cecidit. Qui ubi diffusus reb⁹ suis alienæ cladis accessione fieri  
 timet: p̄cium foederis atq; amicitia regē facit. Sic fraudulentiss  
 mus regum fraude foci sui in infidias deductus est & Syllæ in  
 manū traditus. tādēq; opertū catheris Iugurtam in triūpho  
 Populus Romanus aspexit: sed ille quoq; quīs uictus & uictus  
 uidit urbem quā uenalem: & quādoq; p̄iturā: si habuisset empto  
 rem: frustra cecinerat: Tamē ut uenalis fuisset: habuit emptorē:  
 & cum ille nō euaserit: certum erit eam nō esse perituram.

BELLVM ALLOBROGICVM, TI. II.

Icad meridie Populus Romanus. Multo' atrocius  
 S & multipliciter: & magis a sep̄trione seulentē: nihil  
 hac plaga isestius: atrox celum peruicaci ingenio.  
 Omni igitur tractu uolētus hostis a dextris: atq; le  
 uis & medio septentriōis erupit. Prima transalpes arma nostra  
 sensere Salii quū de incursionibus eorū fidissima atq; amicissima  
 ciuitas Malsilia quereret. Allobroges deinde & Auerni: cū ad  
 uersus eos similes Heduoꝝ querela opē & auxiliū nostrū flagi  
 tarēt: Variusq; uictoriae testis Ysara & Videlicus amnis: & im  
 p̄ger fluminū Rhodanus. Maximus Barbaris terror elephāti  
 fuere: imāntati gentiū pares. Nil tam conspicuū in trisipo quā  
 rex ipse bis uisus discoloribus in armis: argenteoq; carpēto: q̄lis  
 pugnauerat. Vtriusq; uictoriae quātumq; gaudiū fuerit: uel hīc  
 extimari potest: q; & Domitius Enobarbus & Fabius Maxim⁹  
 ipsi qbus dimicauerant locis saxeeas erexerēt turres & desup ex  
 ornata armis hostilibus trophea fixere. Cum hīc mos inusitata  
 tus fuerit nostris. Nunq̄ enim populus Romanus hostibus do  
 mitis uictoriam suam exprobaui.

BELLVM CYMBRICVM TEV  
 tonicum ac Tigurimū, TI. III.

## LIBER

**C**ymbri: Theutoni: atq; Tigurini/ ab extremis Gal-  
iæ pfugi: cū terras eorū inundasset Oceanus: nouas  
sedes toto orbe q̄rebant: exclusiq; ex Gallia: & His-  
pania: cum in Italiā remigrarent: miserūt legatos i

castra Syllani: inde ad senatū/ petētes ut Martius populus aliqd  
sibi terra daret: quasi stipendium: Caterum ut uellet manibus  
atq; armis suis uteretur. Sed quas daret terras Populus Roma-  
nus/ agrariis legibus intra se dimicaturus: Repulsi igitur/ quod  
nequiuērāt precibus: armis petere constituūt. Sed nec primum  
impetum Barbarorū Syllanus: nec secundū Manilius/ nec tertiu  
Cepio sustinere potuerūt. Omnes fugati: exuti castris/ factū erat

**A. I. III.** nisi Marius illo sæculo cōtīgisset. Ille quoq; non ausus cōgredi  
statim/ militē tenuit in castris: donec inuicta illa rabies & ipetus  
quē p uirtute Barbari habēt/ consensceret: Recessere igit incre-  
pantes: & (tanta erat capiēda: urbīs fiducia) cōsulentes/ si quid  
ad uxores suas mandarēt. Nec segnīus q̄ minati fuerant tripar-  
tito agmine p alpes/ idest claustra Italiæ ferebant Marius mira  
statū uelocitate/ occupatis cōpendiis prauenit hostē. Prioreq;  
Theutonas sub ipsīs alpium radicibus affecutus in locum quem  
Aguas Sextias uocant: q̄ fide numinū: proelio oppressit. Vallē  
fluuiūq; hostes tenebant: nostris aquarū nulla copia: cōsulto ne  
id egerit Imperator an errorē in consiliū uerterit/ dubium. Cer-  
te necessitate acta uirtus causa uictoriae fuit. Nā flagitante aquā  
exercitu: uiri iquit estis: en illic habetis. Itaq; tāto ardore pugna-  
tura ē: eaq; cædes hostium fuit: ut uictor Romanus de creuento  
flumine nō plus aquæ biberet: q̄ sanguinis. Barbarorū certe rex  
ipse Theutobochus quaternos senosq; equos transilire solitus:

**A. I. quo.** uix unū: cum fugeret/ ascendit: proximoq; in saltu cōprehensus:  
insigne spe Taculum fuit: q̄ppe uir proceritatis eximia super tro-  
phea ipsa eminebat: Sublatis funditus Theutonīs: in Cymbros  
conuertit. Hic iam q̄s crederet p hycmē: quæ altius alpes leuat:  
Tridentinis iugis in Italiā puoluti ruina descenderāt Athesina  
flumen nō ponte: nec nauibus: sed quadā stoliditate barbarica:  
primū corporibus aggressi postq̄ retinere amnē manibus & cly-  
peis frustra tētauerant: igeſta obrutum silua transiluire: & si sta-

TERTIVS.

tim infesto agmine urbem petissent: grande discrimē esset. Sed in Venetia quo fere tractu Italia mollissīma est: ipsa soli cœliq; clementia/robur elanguit: ad hoc panis usi/carnis cocta: & dulcedine uini mitigatos Marius in tempore aggressus est: iam diē pugna: a Mario impatore petierunt: & sic proximū dedit. In patētissīmo: quē Caudium uocāt/ campo pcurrere: milia deīde ad q̄draginta ceciderunt: hic campus tertio: per omnē diem cōelditur barbaris. Isti quoq; imperator addiderat uirtuti dolum secutus Hannibalem: artemq; Cannarū. Primum nebulosum nactus diem: ut hosti iopinatus occurreret: tū uentosum quoq; ut puluis in oculos & ora ferretur. Tum acie conuersa ī orientē ut qd̄ ex captiuis mox cognitum est: ex splendore galearū ac re percussu: quasi ardere cœlū uideretur. Nec minor cū uxoribus eorum pugna: q̄ cum ipsis fuit: cū oblectis undiq; plaustris: atq; carpentis: alte desup quasi e turribus lanceis contisq; pugnarēt: perinde plus speciosa mors earum fuit q̄ pugna. Nam cū missa ad Mariū legatiōe libertatem ac sacerdotiū non impetrassent nec fas erat: suffocatis elisq; palsim infantibus suis/aut mutuis concidere uulneribus aut uinculo e crinibus suis facto/ ab arboribus iugisq; plaustrorū pependerūt. Beles Rex ī acie dimicās

Bolus / a Li  
ulo li, lxvii.

**B** ipigre: nec iultus occubuit. Tertia Tigurinoꝝ manus que quasi subsidio Noricos infederat alptum tumulos ī diuersa lapsi fuga ignobilis: & latrocinis euanuit. Hūc tam latum tanq̄ fœlicem libertatis Italia/ assertiq; imperiū nunciū: non per hoīes: ut solebat: populus accepit: sed p ipsos (si credere fas est) deos. Quippe eodē die quo gesta res ē/ uisi pro aede Castoris & Pollucis iuuenes laureati Prætori litteras dare, frequēsq; ī spectaculo rumor uictoriæ Cymbrica: fœliciter dixit. Quo qd̄ admirabilius: qd̄ q; insignis fieri potest. Quippe ut uelut elata mōtibus suis Roma: spectaculo belli īteresset: qd̄ in gladiatorio munere fieri solet: Vno eodemq; momento cum in acie Cymbrī occumberēt Populus in urbe plaudebat.

LIBER  
BELLVM THRACIVM. TI. III.

**P**ost Macedonas (sic diis placet) Thracēs rebellātes  
īpsi quondā tributarij Macedonū: nec ī proximis  
modo puīncias cōtenti incurrere: Thessaliā atq;  
Dalmaciā in Adriaticū mare usq; uenerunt: eoq;  
fine cōtenti q̄si interueniente natura cōtorta in ipsas aquas tela  
miserunt. Nihil interim per id omne tempus residuū crudelita-  
tis fuit in captiuos sauiētibus: Litare diis sanguine humano: bi-  
bere ī ossibus caputū, & huiuscemodi ludibriō scēdare mortē  
tam igni q̄ fumo, Partus quoq; grauidarū extorquere: Tormē-  
tis sauiēsimi oīum Thracū Scordisci fuere, Sed calliditas quo-  
q; ad robur accesserat: siluag; & montium situs/cū ingenio con-  
sentiebāt. Itaq; nō sūsus modo ab his aut fugatus sed simili pdi-  
gio omnino totus interceptus exercitus quā duxerat Cato. Didy-  
us uagos & libera populatiōe diffusos ītra suam reppulit Thra-  
ciā. Drusus ulterius egit: & uenit transire Dānubiū: Minucius  
toto uastauit Hebro, multis quidem amissis: dum p̄ perfidum  
glacie flumē equitatur, Piso Rhodopē Caucasumq; penetrauit  
Curio Dacia tenuis uenit: sed tenebras saltū expauit, Appius ī  
Sarmatas usq; peruenit, Lucullus ad terminū gentiū Tanaim  
lacūq; Meotin, Nec aliter cruentissimi hostium q̄ suis moribus  
domiti, q̄ppe in captiuos igne ferroq; sauitum ē. Sed nihil Bar-  
baris atrocis uisum est, quā q̄ abscisis manibus relicti, uiuere  
superstitēs poenā suā uidebantur.

BELLVM MITHRIDATICVM. TI. V.

**P**onticae gentes ad septentrionem ī mare sinistrum  
iacent a Pontico cognominatae mari: Harū gentiū  
atq; regionū rex antiquissimus Ateas/post Artaba-  
zesa septē Persis oriundus, Inde Mithrydates om-  
nium longe maxius, quippe cū quatuor Pyrrho. xvii. anni Hā-  
nibali sufficerent: ille p. xl. annos restitit: donec tribus ingentib;  
bellis subactus: foelicitate Syllae: uirtute Luculli: magnitudine

TERTIUS.

Pompeius consumeret. Causam quidē illius belli pratenderat apud  
 Calsium legatum/attrectari terminos suos a Nicomede Bithynio.  
 Caterum elatus animus ingētibz Asiae totius/& si posset/Eu-  
 ropae cupiditate flagrabat. Spem ac fiduciam dabant nra uicia,  
 quippe cum ciuilibz bellis dissiūgeremur/ iuitabat occasio: Nu-  
 diūq; imperii latus ostendebāt procul Marius: Sylla, Sertorius.  
 Inter haec Reipub. uulnera & hos tumultus repente quasi captato  
 tempore in lassos simul atq; districtos/ subitus turbo Pontici bel-  
 li ab ultima ueluti specula septētrionis erupit. Primus statim im-  
 petus belli Bithyniam rapuit. Asia inde pari terrore correpta ē,  
 Nec cūctanter ad regem ab urbibus nris populisq; descitum ē.  
 Aderat: instabat: seuitia q̄si uirtute utebatur. Nā quid atrocius  
 uno eius edicto: cū omnes q; in Asia foret Romanae ciuitatis ho-  
 mines interfici iussit. Tū quidem domus/ stēpla/ & ara humana  
 oīa atq; diuina iura uiolata sunt. Sed hic terror Asiae Europam  
 quoq; regi aperiebat. Itaq; missis Archelao/ Neoptolemoq; p̄se-  
 ctis, excepta Rhodo: que p nobis firmius stetit ceteris: Cyclo-  
 des, Delos, Euboea: & ip̄m Graeciae decus Athenae tenebantur,  
 Italiam ita/ ipsamq; urbē Romam regius terror afflabat. Ita Lu-  
 tius Sylla festinat/ uir armis optimus pariq; uiolētia ruentē ulte-  
 rius hostē manu q̄dam quasi ipsius reppulit, primūq; Athenas  
 urbē q̄s crederet frugum parentē: obsidione ac fame ad huma-  
 nos cibos cōpulit: sic illos quoq; ante/ mox subruto Pyrei portu  
 sex quoq; & amplius muris/ postq; domuerat ingratisimos ho-  
 minū ut ipse dixit: in honorē tamen mortuorū lacris suis fama-  
 e q; donauit, mox cū Euboea: atq; Boetia praefidia regis dispulif-  
 set/ omnis copias: uno apud Cheromā: apud Orchomenon al-  
 tero bello dissipauit. Statimq; i Asia transgressus ip̄m opprimit:  
 & debellatum etiā foret: nisi de Mythridate trisiphare cito quā  
 uere maluisset. Ac tū quidē hūc Asiae statum Sylla dederat. Ictū  
 cū Ponticis foedus: recepit Bythinia a rege Nicomede: ab Arrio  
 barzane Cappadotiam: ac sic ut erat Asia rursus nostra ut cœ-  
 perat: Mithrydates tamē repulsus: itaq; non fregit ea res Ponty-  
 cos: sed incendit. q̄ppe rex Asia & Europa quodāmodo in sca-  
 tus: nō iam q̄si alienam: sed quia amiserat quasi captā/ belli iure

H

## LIBER

repetebat. Igitur ut extincta pag: fideliter incendia: maiore flamma reuiuiscunt. Ita ille de integro auctis maior ē in modū copias tota deniq; regni sui mole ī Asiā rursus mari terra fluminibusq; ueniebat. Cizicum nobilis ciuitas: arce: manibus: portu: turribusq; marmoreis. Asiaticæ plagæ littora illustrat. Hæc ille quasi alteram Romā totam inuaserat bello. Sed fiducia oppidanis resistendi nuncius fecit/docens: aduentare Lucullū: qui (horribile dictu) per medias hostium naues utre suspensus. & pedibus iter ad gubernans uidentibus procul quasi marina Pisistrux euaserat. Mox clade cōuersa. cū ex more obsidentē regem: rex fame: pestilentia urgeret: recedentē Lucullus assequitur: adeoq; cecidit: ut **B** Granicus & Esopus amnes cruenti redderentur. Rex callidus: Romanæq; auaritiæ peritus: spargi a fugiētibus sarcinas: & pecuniam iussit: qua sequentes moraretur. nec īscelicer in mari q̄ in terra fuga. q̄ppe centū amplius nauū classē/ apparatusq; belli grauem/in Pontico mari aggressa tēpestas/ tam fœda strage lacerauit: ut naualis belli īstar efficeret: Plane quasi Lucullus quodam cū fluctibus pcellisq; commertio debellandū tradidisse regem uentis uideretur. Attrita: iam omnes ualidissimi regni uires erant: sed animus malis angebat. Itaq; cōuersus ad proximas gētes: totū pcene orientem ac septentrionē ruina sua inuoluit. Hiberi Caspii: Albani: & utraq; sollicitabantur Armenia. Perq; oīa & decus & nomen & titulos Pōpæio sua fortuna quærebatur. Qui ubi nouis motibus ardere Asiam uidet: aliosq; ex aliis prodire reges: nihil cūctandum ratus: priusq; iter se gentiū robora coirent. statū ponte nauibus facto oīum ante se primus transit Euphratē regemq; fugientem media naetus Armenia/ quāta fœlicitas uiri/ (uno p̄lo cōfecit. nocturna ea dimicatio fuit & luna ī partibus/ q̄ppe quasi cōmilitans cū a tergo hostibus: a facie Romanis se præbulsset. Pōtici p errorem longius cadētes umbras suas quasi ostiū corpora petebant. Et Mithridates qdē nocte illa debellatus ē. Nihil. n. postea ualuit: q̄quam oīa ex plus more angulū: q̄ obruto capite postremū cauda minant. Quippe cū effugisset hostē/ Colchos Cilicæ quoq; littora & Cāpaniā nrām subito aduentu terrere uoluit. Mox subruto Pyrei portu/

TERTIVS.

colchis tenuis iungere Bosphoron. Inde p Thraciam Macedo-  
 niam: & Gracia transilire. Sic Italiā nec opinatus inuadere tan-  
 tū cogitauit. Nā per defectionē ciuium Pharnacisq; filii scelere  
 prauentus/ male tentatū ueneno spiritum ferro expulit/ Cneus  
 interim Magnus Rebelles Asiae reliqas sequēs p diuersa gentiū  
 terrarumq; uoluitabat. nūc sub orientē secutos Armenios captis  
 in ipso capite gentis Artaxatis: supplicem iussit regnare Tigrav-  
 nem. At i septentrionē Scythicum iter tanq̄ in mari stellas secu-  
 tus Colchos cecidit: I gnouit Hyberia: pepcit Albanis: regem  
 Colchorū Orodem positis etiā sub ipso Caucaſo castris iussit i  
 plana descendere Arthocem: q Hyberis iſperabat: & obſides li-  
 beros dare. Orodem etiā remuneratus est Vltro ab Albania sua  
 lectulum aureū & alia dona mittentem: necnon & in meridicm  
 uerso agmine. Libanū Syria: Damascūq; transgressus p nemo  
 ra illa odorata: p thuris & balsami sylvas Romana signa circū-  
 tulit. Arabes siquid iſperaret presto iuere Hierosolyma defen-  
 dere tētauerē Iudei: Verum hac quoq; & intrauit: & uidit illud  
 grande impiā gentis archanum patēs aureo uti caelo: Dissidē-  
 tibus de regno fratribus: arbiter factus. regnare iussit Hircanū  
 Aristobolo quia renuebat eam rem cathenas dedit. Sic Pompe-  
 io duce. P. R. totam (qua latissima ē) Asiam peruagatus: quam  
 extremam Imperii habebant prouinciam: mediam fecit. Exce-  
 ptis q̄ppe Parthis. qui foedus maluerūt & Indis: qui adhuc nos  
 nō nouerant: oīs Asia inter Rubrum & Caspium & Oceanum  
 Pompeianis domita uel oppressa signis tenebatur.

BELLVM PYRATICVM. TI. VI.

I Nterim dū Populus Romanus p diuersa terrarum  
 distractus est. Cilices iuaserant maria: sublatiq; cō-  
 mertis/rupto foedere generis humani: sic maria bel-  
 lo quasi tempestate pracluserant: Audaciam perdi-  
 tis furiosiq; latronibus dabat iquieſta Mithrydatiſ pracliis Asi-  
 a: dum sub alieni belli tumultu: exteriq; regis inuidia impune  
 grassant. Acprimum duce Isidoro cōtenti pxio mari Cretā inter

H II

## LIBER

atq; Cyrenas, Pyreum: & Achaiā sinumq; Maleū quem a spoliis aureum ipsi uocauere: latrocinant. Missusq; i eos Publius Scruilius quibus leues & fugaces & Myoparonas graui & Martia classe turbaret, non incruenta uictoria superat: Sed nec mari submouisse contentus/ualidissimas urbes eorum: & diutina praeda abundantes, Phaselim Olympion euertit, Isauronq; ipsam arcem Ciliciae unde conscius sibi magni laboris Isaurici cognomen admauit. Non ideo tamen tot cladibus domiti terra se continere poterunt: sed (ut quedam animalia: quibus aquam terramq; incolendi gemina natura est) sub ipso hostis recessu impatientes soli in aquis suas resiluerunt: Et aliquanto latius quam prius: Sic scilicet ille & dignus uictoria Pompeius uisus est, & Mithridaticae prouinciae facta accessio. Ille dispersam toto mari pestem semel & imperpetuum uolens extinguere/diuino quodam apparatu aggressus est. Quippe cum classibus suis & socialibus Rhodiorum abundaret: pluribus legatis: atq; praefectis utraq; Ponti & Oceani ora complexus est. Gellius Tusco mari impositus: Plotius Siculo, Gratillius Ligusticum sinum: Pompeius gallicum obsedit, Torquatus Balearicum, Tiberius Nero Gaditanum fretum, quod primum maris nostri limen aperit, Lentulus Lybicum: Marcellinus Egyptium, Pompei iuuenes Adriaticum, Varro Terentius Egaeum & Ponticum & Panphylium, Metellus Asiaticum, Cepio ipsas Propontidis fauces, Portius Cato sic obditis nauibus: quasi portum obisset uauit: sic per omnes aquoris portus: sinus: latebras: recessus: promontoria: freta peninsulas quicquid Pyratarum fuit quoddam indagine inclusum & oppressum est. Ipse Pompeius in originem fontemq; belli Ciliciam uersus est, Nec hostes detractauere certamen: non ex fiducia: sed quia oppressi erant/ausi uidebant: sed nihil tamen amplius: quam ut primum ictum concurrerent, Mox ubi circumfusa undiq; rostra uiderunt/ abiectis statim telis: remisq; plausu undiq; pari (quod supplicatibus signum fuit) uitam petierunt. Non alia tam incruenta uictoria usi unquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idem prope etiam singulari consilio ductus: quod maritimum genus a conspectu longe remouit maris: Et mediteraneis agris quasi obligauit. Eodemque tempore & usum maris nauibus recuperauit & terre homines suos reddidit,

Isauria, Plinio, Strabo & Ptol, Isaura uocant plu, numero,

TERTIVS.

Quid prius in hac mirere uictoria: uelocitate: quod quadragesimo die parata est. An felicitatem: quod ne una quidem nauis amissa est. An perpetuitate: quod amplius Pyrate non fuerunt,

CRETICVM BELLVM. TI. VII.

**C** Reticum bellum: si uera uolumus noscere: nos fecimus sola uincendi nobilem insulam cupiditate, fauisse Mithrydati uidebat: hoc placuit armis uindicare. Primus inuasit insulam Marcus Antonius: cum ingenitum quidem uictoriae spe atque fiducia: adeo ut plura catenas in nauibus: quam arma portaret. dedit itaque poenas uecordiae: nam pluraeque naues intercepte hostes: captiuamque corpora religata uelis ac funibus pepedere: ac sic uelificantes triumphantium in modum Cretes portibus suis adremigauerunt. Metellus deinde totam insulam igni ferroque populatus intra castella & urbes redegit: & Gnoson: & Erythraea, & ut graeci dicere solent urbium matrem Cydonam. Adeoque saepe in captiuos consulebatur: ut ueneno se plerique conficerent. Alii deditioem suam ad Pompeium absentem mitterent: & cum ille res in Asia gerens eo quoque praefectum misisset Antonium in illa prouincia irritus fuit: eoque infestior. Metellus in hostes suis uictoris exercuit uictisque Iasthene & Panare Cydonae ducibus uictor rediit: nec ququam amplius tamen de tam famosa uictoria quam cognomen Creticum reportauit.

BELLVM BALEARICVM. TI. VIII.

**Q** Vatinus Metelli Macedonici domus bellicis nominibus assueuerat: altero ex liberis eius Cretico facto: mora non fuit: quin aliter quoque Balearicus uocaretur. Baleares per idem tempus insulae pyratice rabie corruperant maria: homines feros atque siluestres miseris ausos a scopulis suis saltim maria prospicere. Ascendere etiam incognitas rates: & prae nauigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed cum uenientem ab alto Romanam classem prospexissent: praedam putantes ausi

etiam occurrere: & primo impetu ingenti lapidū saxoꝝq; nimbo classem opperuerē. Tribus quisq; fundis praeliā: certos esse quis miretur ictus: cum hac sola genti arma sint: id unum ab infantia studium. Cibum puer a matre non accipit: nisi quem ipsa monstrauiť percussit. Sed nō diu lapidatione Romanos terret: postq̄ cōminus uetum est. expertiq; rostra & pila uenientia/pecudū in morē clamore sublato petierūt fuga littora/ dilapsiq; in p̄ximos tumulos quarendi fuerūt/ ut uincerentur.

## EXPEDITIO IN CYPRON. TI. VIII.

**A** Derat fatum insulag: Igitur & Cypros recepta sine bello: insulā ueteribus diuitiis abundantē & ob hoc Veneri sacram/ Ptolomeus regebat: & diuitiag; tanta erat fama: nec falso/ ut uictor gētium populus/ se donare regna cōsuetus. Publio Clodio Tribuno duce/ sociū uiuig; regis confiscationē mandauerit: & ille qdem ad rei famam ueneno fata praecepit. Cæterum portius Cato Cyprias opes liburnis per Tyberinū ostium inuexit: quæ res latius arariū populi Romani q̄ ullus triumphus impleuit.

## BELLVM GALLICVM. TI. X.

**A** Sia Pompei manibus subacta: reliqua quæ restabāt in Europa fortuna in Cæsare transfuit. Restabant autem imanisimī gentium Galli atq; Germani: & quīs toto orbe diuisa tamē qui uinceret habuit Britannia. Primus Galliaē motus: ab Heluetiis coepit: q; Rhodanū inter & Rhenū siti/ non sufficientibus terris uenere sedes petitū icentis manibus suis, hoc sacramentū fuit: ne redirēt. sed petito tēpore ad deliberādum Cum iter moras Cæsar Rhodanū pōte rescisso abstulisset fugā/ statim bellicosissimā gentem sic in sedes suas: quasi greges in stabula pastorū deduxit. Sequens/ longeq; exuentior pugna Belgarū: Quippe pro libertate pugnantium.

TERTIVS.

Hic cum multa Romanorum militum insignia: tum illud egregium ipsius ducis: quod nutante in fuga exercitu: raptum fugientis e manu scuto in primam uoluntas aciem: manu plium restituit. Inde Cum Venetis etiam nauale bellum: sed maior cum Oceanis: cum ipsis nauibus rixa: quippe illae rudes & informes: & statim naufragae: rostra sensisset. sed haerebat in uadopugna cum astitibus solitis: cum ipso certamine subductus Oceanus intercedere bello uideretur. Illae quoque accessere diuersitates per gentium locorumque natura. Aquitani callidum genus in speluncas se recipiebant: iussit includi: mora dilabebant in filuas: iussit incendi. nemo tantum feroces dixerit Gallos: fraudibus agunt. Indutiomarus Treueros. Ambiorix conuocauit Eburones. utriusque absente Caesare conluratione facta iuenerunt legatos: sed ille fortiter a Dolobella summotus est: relatumque regis caput. Hic insidiis in ualle dispositis dolo percussit: itaque & castra direpta sunt: & aurum ablatum. Cottam cum Titurlo Sabino legato amissimus. nec ulla de rege mox ultio quippe perpetua transiit fugam latuit. nec Rhenus ergo immunis. nec etiam fas erat. ut liber esset: receptator hostium atque defensor: sed prima contra germanos illius pugna iustissimis quidem ex causis: Hedui de incursionibus eorum querebantur: quae Arrius uisit regis superbia: cum legati dicerent: ueni ad Caesarem: quod est autem Caesar: & si uult ueniat inquit: & quod ad illum: quid agat nostra Germania: num ego me interpono Romanis! Itaque tantus gentis nouae terror in castris: ut testamenta passim: & in principibus scriberentur: sed illa immania corpora: quo erant maiora: eo magis gladiis ferroque patuerunt. Quis calor in praeliando militum fuerit: nullo magis exprimi potest: quam quod elatis super caput scutis cum se testudine barbarus tegetet: super ipsa Romani scuta salierunt: & inde in iugulos gladiis descenderunt. Inter ubi de Germanis Tenchateris querebantur. hic uero iam Caesar ultro Mosulam naualem potest transgredi: ipsumque Rhenum & Herciniis hostem querit in siluis sed in saltus & paludes genus omne diffugerat: tantum pauoris incussit intra ripam subito Romana uis: nec semel Rhenus & inter quoque: & quidem ponte factum penetratus est: sed maior aliquanto

Quis sint  
Tenchateris  
scri. Caesar  
ipse li. iiii.  
com.

## LIBER

trepidatio: quippe cum Rhenu suum sic potest quasi iugo capti uiderent, Fuga rursus in siluas & paludes: sed quod acerbissimum Caesari fuit non fuere quod uincerentur. Omnibus terra marique captis respexit Oceanum: & quasi hic Romanus orbis non sufficeret alterum cogitauit. Classe igitur comparata Britanniam petit/in Britanniam transit mira celeritate. quippe qui tertia uigilia Morino soluisset a portu: minus quam medio die/infulam ingressus est. Plena erant tumultu hostico littora, & trepidantia ad conspectum rei nouae carpenta uolitabant. Itaque trepidatio pro uictoria fuit: arma & obides accepit a trepidis: & ulterius ille: nisi improbam classem naufragio castigasset Oceanus. Reuersus igitur ad Galliam classe maiore: auxiliisque copulis in eundem rursus Oceanum eos denique rursus Brytannos: Caledonias secutus in siluas/unum quoque e regibus Cauelanis in uincula dedit/cotentus his/non .n. provincia: sed nomine studebat. Cum maiore quam prius praeda reuectus est. Ipso quoque Oceano tranquillo magis & propterea quasi iparem se fate-ret. Sed maxima omnium eademque nouissima coniuratio fuit Galliarum. Cum omnes pariter Auernos atque Byturigas. Caritas simul Sequanosque contraheret Ille corpore armis: spiritusque terribilis noie & quasi terrore composito Vercingetorix: ille festis diebus & comitalibus: cum frequentissimos in lucis haberet: ferocibus diebus ad ius pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Caesar Rauenae delectum agens: & hyeme creuerant Alpes: sic interclusum perstabant iter. Sed ille qualis erat ad nuntium rei foelicissima temeritatis: pro inuios ad id tempus montium tumulos. per itaetas uias & niues/expedita manu emensus: occupat Galliam: ex distantibus hibernis castra contraxit: & ante in media Gallia fuit: quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus urbes: Auaricum Biturigum centorum quinquaginta milium iuuetute subnixam flammis adhaeruit. Caesar. circa Gergoniam tota belli moles fuit: quippe quam .lxxx. milia muro & arce: & abruptis defenderent/maximam ciuitatem/uallo: sudibus & fossa, inductoque fossa flumine ad hoc. xviii. castellis ingentique Lorica circumdatam. primum fame domuit. mox audentem eruptiones/ in uallo gladiis, sudibusque concidit, nouissime in

A. I. concili  
abulis,

Auaricum  
Biturigum  
Oppidum  
est. Caesar.  
com. vii. Li  
ui. li. cvii.  
A. I. Lura.

TERTIVS.

deditionē quā redegit. Ipse ille rex/ maximū uictoriæ decus. sup  
plexum i castra uenisset: tū & faleras & sua arma ante Caesaris  
genua piecit: habes inquit fortem/ uir fortissime uicisti.

BELLVM PARTICVM. TI. XI.

**C** Vm gallos p̄ Caesare in septentrionē debellat: inte  
rim ad orientē graue uulnus a Parthis Populus Ro  
manus accepit. Nec de fortuna queri possumus: ca  
ret solatio clades: aduersa & diis & hominibus cupi  
ditas cōsulis Crasī/ dū Parthico inhiat auro. xi. strage legionū  
& ipsius capite mulctata ē. Quod tribunus plebis Metellus exe  
untē ducem hostilibus diris deuouerat: & cū Zeugma transisset  
exercitus: rapta subitis signa turbīnibus hausit Euphrates. & cū  
apud Nicesorū castra posuisset missi ab Orode rege legati denū  
ciauere percussorum cū Pompeio foederum cū Syllaq̄ quæ me  
minisset/ Regiū ihians ille thesauris nihil: ne imaginario quidē  
iure: Sed Seleucia se responsurū esse respondit. Itaq̄ dii foederū  
ultores: nec infidīs nec uirtuti hostiū defuerunt. Iam primū qui  
solus & subuehere cōmeatus: & munire poterat: a tergo relictus  
Euphrates: dū simulato transfugæ cuidam Mezera Syro credi  
tur: cū in mediam camporū uastitatem eodē duce ductus exerci  
tus undiq̄ hosti exponeret. Itaq̄ uix dum uenerat Carras undi  
q̄ prefecti regis Sylaces & Surenas ostendere signa auro sericif  
q̄ uexillis uibrantia. Tū sine mora circumfusi undiq̄ equitatus:  
in modū grandinis atq̄ nimborum: densa tela pariter fuderūt.  
Sic miserabili strage deletus exercitus ipse in colloquiū sollicitus  
signo dato/ uiuus in hostium manus incidisset. nisi tribunis relu  
ctātibus fugā ducis Barbari ferro occupassent. Sic quoq̄ relatiū  
caput: ludibrio hosti fuit: filium ducis poene in conspectu patris  
eisdem telis opuere/ reliquæ isœlctis exercitus: quo quēq̄ rapu  
it fuga in Armentā Ciliciam: Syriamq̄ distractæ uix nuncium  
cladis rettulerūt. Caput eius recisum cū dextra manu ad regem  
reportatum/ ludibrio fuit neq̄ indigno: aurum. n. liquidū in ri  
ctū oris insusum ē, ut cuius animus arserat auri cupiditate/ eius

Cas. li. vi.  
com. regē  
appellat Ca  
tauolonum  
Oros. li. vi.  
Cassouella  
nume

Aplanus  
Abarū uo  
cat. Plutar.  
Armanē.

etiam mortuum & exanguē corpus auro uteretur.

## ANACEPHALEOSIS. TI. XII.

**H**aec ē illa tertia ætas Populi Romani transmarina:  
 q̄ Italia progredi ausus/orbe toto arma circūtulit,  
 Cuius ætatis superiores. c. anni/sancti p̄i: & ut dix-  
 imus aurei: sine flagitio: sine scelere: dum sincera ad-  
 huc & innoxia pastoris illius sectæ integritas: dumq; Pœnorū ho-  
 stium imminens metus/disciplinā ueterem continebat. Postremi  
 c. quos a Carthaginis: Corynthi Numantia: que excidiis & At-  
 tali regis in Asiatica hæreditate/deduximus in Casarē & Pom-  
 peium: secutūq; hos de quo dicemus Augustū/ut claritate rerū  
 bellicarum magnifici: Ita domesticis cladibus miseri & crubescē-  
 di. Quippe sicut Galliam Thraciā: Ciliciam uberrimas ualidiss-  
 simasq; puincias: Armenios etiā & Britannos: ut nō in usura  
 ad imperiū speciē magna noīa acquisisset pulchrum atq; decore:  
 Ita eodem tēpore dimicasse domi cū ciuibus: sociis: mancipiis:  
 gladiatoribus: totoq; iter se senatu: turpe atq; miserandum: Ac  
 nescio an satius fuerit Populo Pomano Sicilia & Africa cōten-  
 tum fuisse: aut his etiam ipsis carere/domināti Italia sua: quā eo  
 magnitudinis crescere: ut uiribus suis conficeretur. Quæ. n. res  
 alia furores ciuiles peperit: q̄ nimia fœlicitas: Syria priā nos ui-  
 cta corripit: Mox Asiatica Pergamenī regis hæreditas: Illa o-  
 pes atq; diuitiæ afflixere sæculi mores: merfamq; uitis suis q̄  
 sentina Rempublicā pessum dedere. Vnde. n. Populus Roma-  
 nus agros & cibaria flagitaret nisi per famem! quā luxur fecerat  
 Hinc ergo Graccana & priā: & secunda. Et illa tertia Apuleia-  
 na seditio. Vnde ut regnaret/ de iudiciariis legib; diuulsus a se-  
 natu eques: nisi ex auaritia: ut uectigalia Reipublicæ atq; ipsa iu-  
 dicia in questu haberent/hinc rufus & promissa ciuitas Latio: &  
 per hoc arma sociorum. Quid autem bella seruilia! unde nobis  
 nisi ex abūdantia familiarium. unde gladiatorii aduersus domi-  
 nos suos exercitus: nisi ad conciliandum plebis fauorem: effusa  
 largitio. Cum spectaculis indulget/supplicia quondam: hostiū

TERTIVS.

artem facit/sam/ ut speciosiora uitia tangamus. Nōne ambitus  
honorū ab iisdē diuitiis icitatus? Atq̄ inde Mariana: inde Sylla  
na potestas: Aut magnificus apparatus cōsulorū & sumptuo  
sa largitio nōne ab opulentia: paritura mox egestatē: Hac Ca  
tilinā patriæ suæ ipegit. Deniq̄ illa ipsa p̄cipatus & dominādū  
cupido: unde nisi ex nimis opibus uenit? Atq̄ hic Cæsare atq̄  
Pompeium furialibus in extum Reipublicæ facibus armauit.  
Hos igit̄ Populi Romani omnis domesticos motus separatos  
ab externis iustisq̄ bellis/ ex ordine prosequamur.

DE LEGIBVS GRACCANIS. TI. XIII.

Editionū oīum causam Tribunitia potestas excita  
uit: quæ specie quidē plebis tuendæ cuius ī auxiliū  
cōparata ē: Re autem dominationē sibi acquirens:  
studiiū populi ac fauorē agrariis: frumentariis: iudi  
cialis legib⁹ aucupatur. Inerat oībus spes æquitatis: qd̄ tam iu  
stum. n: quā recipere plebē ius suum a patrib⁹. ne populus gen  
tū uictor orbisq̄ possessor: extortis aris ac focis ageret. Quid tā  
æquū: q̄ inopem populū uiuere ex arario suo: qd̄ ad ius liberta  
tis æquādæ magis efficax! q̄ ut senatu regente puicias: ordinis  
equestris auctoritas saltē iudicioꝝ regno niteret: sed hæc ipsa in  
perniciē redibāt. & misera Respu. in extitū suū marceserat: & a  
senatu ī equitē trāslata iudicioꝝ potestas uectigalia. i. impli pa  
trimoniū supprimebat: & emptio frumētū/ ipsos Reipublicæ ner  
uos exhauriebat arariū. reduci plebs ī agros unde poterat sine  
possidentū euerfioe: q̄ sibi pars populi erat: & tamē relictas sibi  
a maioribus sedes atate q̄si iure hæreditario possidebant.

SEDITIONE TYBERII GRACCI. TI. XIII.

Rimam certaminū facem Tyberius Graccus accē  
dit/ genere/ forma: eloquentia facile p̄iceps: sed n̄c  
sue Mancinlanæ deditiois: q̄ sponsor scæderis su  
erat/ otaglū timēs: & īde popularis: siue a quo & bono ductus

## LIBER

quia depulsam agris suis plebem miseratus est: ne Populus Romanus gentium victor: urbisque possessor: latibus ac focis suis exularet, & quacunque mente rem ausus ingentem: Postquam rogationis dies aderat ingenti stipatus agmine rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas, & tribuni in partibus, sed ut intercederem legibus suis, Cneium Octavium uidet Graccus contra: collegii ius: potestatis iniecta manu depulit rostris, adeoque praesenti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogeretur: Sic triumphum creatus diuidendis agris, cum ad perpetranda cepta, die comitorium prorogari sibi uellet imperium: obuia nobili manu eorum, quos agris mouerat cedes a foro cepit. Inde cum in Capitolium profugisset: plebemque ad defensionem salutis suae manu caput tangens hortaretur: praebuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi iure oppressus est,

## SEDITIONO CAII GRACCHI, TI. XV.

**S**tatim & mortis & legum fratris sui uidex: non minore impetu incaluit Caius Graccus, qui cum pari tumultu atque terrore plebem in auitos agros arcesseret: & recentem Attali haereditatem in alimeta populo polliceretur, iamque nimius & potens, altero tribunatu secunda plebe uolitarer: abrogare auso legibus suis Minutium tribuno: fretus comitum manu: fatale familiae suae Capitolium inuasit. Inde proxiimum cede pulsus: cum se in Auentinum recepisset: inde quoque obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquis, & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pensatum est,

## SEDITIONO APVLEIANA, TI. XVI.

### TERTIVS

**N**ihilominus Apuleius Saturnini<sup>9</sup> graceanas afferere leges nō destitit. Tantū animoꝝ uiro Marius dabit: q̄ nobilitati inimicus: cōsulatu suo preterea con-

**A**ffixus: occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus: subrogare conatus ē in eius locū Caiū Graccū: hoīem sine tribu. sine noīe sed subito titulo ī familiā ipse se adoptabat cū tot tantisq̄ ludibriis exultaret impune: rogandis Graccorū legibus ita uehementer incubuit: ut senatū quoq̄ cogeret ī uerba furare: cum abnuentibus aqua & igni interdictus: se minaretur Vnus tamen extitit q̄ mallet exiliū: Igit̄ post Metelli fugam omni nobilitate percussa iam cū tertium dominaret: eo uesania p̄gressus ē: ut cōsularia quoq̄ comitia noua cede turbaret: Quispe ut satellitē furoris sui Glaciā / cōsulem faceret / Gaium Metelium competitorē interfici iussit: & in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatū latus accepit. Tū uero iam cōspiratiōe senatus ipso quoq̄ iam Mario cōsule: quia tueri nō poterat / aduerso directa in foro acies: repulsus inde Capitoliū inuasit: sed cū abruptis fistulis obsideret: senatusq̄ per legatos / p̄cēnitentiā fidem faceret / ab arce digressus: cum ducibus factionis / receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione: populus fistibus: saxisq̄ coopertum: in ipsa quoq̄ morte lacerauit.

Numio. Li/  
uio I. lxxiii.

### DRUSIANA SEDITIO. TI. XVII.

**P**ostremo Liulo Drusus nō Tribunatus modo uirtibus: sed ip̄ius etiā senatus auctoritate / totiusq̄ Italiae cōsensu easdem leges afferere conatus / dū aliud captat ex alio / tantū confluuit incendii: ut ne prima illius flāma posset sustineri: & subita morte correptus hereditariū ī posteros suos bellum prorogaret iudicialia lege Caiū Gracci. Diuiserant Populum Romanū: & bicipitem ex una facerāt ciuilitatem. Equites Romani tanta potestate subnixi: ut q̄ fata fortunaq̄ patrū: uitaq̄ principū haberēt in manu: interceptis uectigalidus peculabantur suo iure Rempubicā. senatus exilio Metelli / damnatiōe Rutiliū debilitatus: omne decus maiestatis amē

## LIBER

ferat. In hoc flatu rerū pares opibus: animus: dignitate: unde & nata Lūio Druso emulatio accesserat: Equitē Seruilius Cœpio senatū Lūius Drusus asserere: signa: & aquilæ & uexilla aderāt. Cæterum sic urbe in una quasi in binis castris dissidebat: prior Cœpio i senatū impetu facto: reos ambitus Scurū & Philippū principes nobilitatis eligit. His ut motibus resisteret Drusus/ plebē ad se Graccanis legibus eisdem: socios ad plebē spe ciuitatis erexit: Extat uox ipsius/nihil se ad largitionē ulli reliquisse: nisi si qs aut cœnū diuidere uellet aut cœlū: aderat pmulgādi dies cū subito tanta uis hoīum undiq; apparuit: ut hostiū aduētū obfessa ciuitas uidiret. Ausus tamē abrogare de legibus cōsul Philippus sed apphensum faucib; uiator nō ante dimisit: q̄ sanguis & in ora & oculos redundaret: Sic p uim datæ iussaq; leges: sed p̄cium rogatōis statū socii flagitare: cū interim imparē Drusum agrumq; rerū temere motarū matura: ut i tali discrimine: mors abstulit: nec ideo minus socii promissa Drusi a Populo Romano reposita armis defierunt.

A. li. acta.

BELLVM Q VOD ADVERSVS  
socios gestum est, Tit. XVIII.

Sociale bellum uocē licet/ ut extenuemus Inuidiā/ si uerū tamē uolumus: illud ciuile bellum fuit: quip̄ pecū Populus Romanus Ethruscos: Latinos: Sabinosq; miscuerit: & unum ex oibus sanguinē ducat: corpus fecit ex membris & ex oibus unus est. Nec minore flagitio socii intra Italiam: q̄ intra urbē ciues rebellabant. Itaq; cum Tusclæ ciuitates: quas utribus auxerant socii iustissime postularent: ad quā spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat. Postq̄ ille domestico scelere oppressus est/ eadem fax quæ illum cremauit: socios in arma & in expugnationem urbis accendit. Quid hac clade tristius: quid calamitosius: cū omne latū: atq; Picenum: Ethruria omnis: atq; Campania. Postremo Italia contra matrem ac parentem suam urbem consurgerent: cum omne

TERTIVS.

robur fortissimorum & fidelissimorumque sociorum sub suis quisque signis haberent municipalia ista prodigia. Popedius Marfos & etiam Latinos: Afranius Umbros: Totus senatus & consules Samnium: Lucaniaque Thelesinus: cum regum & gentium arbiter populus: ipsum se regere nec posset: ut uletrix Asia Europaque a consilio Roma peteret: Primum fuit belli in Albano monte consilium: ut festo die Latinae Sex. Lutius Caesar & Martius Philippus/consules/inter sacra & aras immolareretur. Postquam id nephas proditione diffusum est: Asculo furor omnis erupit. In ipsa quidem Ludorum frequentia trucidatis: quae tum aderat ab urbe legatis. Hoc fuit impium bellum sacramentum: inde iam passim ab omni parte Italiae duce & auctore belli discursante Popedio diuersa per populos & urbes signa cecinerunt/Nec Hannibalis nec Pyrrhi fuit tanta uastatio. Ecce Otriculum ecce Grumentum: ecce Fesulae. Carsoli referatae: Nuceriae & Picentiae cadibus ferro & igne uastantur. Fusa Rutilii copia. fusa Ceptionis Na ipse Iulius Caesar exercitu amisso cum in urbem cruentus referret/miserabili funete/mediam etiam urbem peruersam fecit. Sed magna Populi Romani fortuna: & semper in malis maior: totis denuo uiribus insurrexit: aggressique singuli populos: Cato discuit Etruscos. Gabinius Marfos. Carbo Lucanos. Sylia Samnites. Strabo uero Pompeius omnia flammis ferroque populatus. non prius finem coeditum: quam Asculi euerfione/manibus tot exercituum consularium: direptarumque urbium/ diis litaret.

BELLVM SERVILE. TI. XVIII.

**V** Tuncque & si cum sociis nephas: cum liberis tamen & ingenuis dimicatum est. Quis a quo animo ferat in principe gentium populo bella seruorum? Primum seruile bellum inter initia urbis Herdonio duce Sabino in ipsa urbe tentatum est: cum occupata Tribunitiis seditio: omnibus ciuitate Capitolium obsesum est & a consule captum. Sed hic tumultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per diuersa terrarum occupato: quis crederet? Sicilia multo cruentius seruili: quam Punico bello esse uastata: Terra frugum ferax & quodam

## LIBER

modo suburbana puincia late fundis ciuium Latinoru tenebat  
 Hic ad cultum agris frequentia ergastula: cathenatisq; cultores  
 materiam bello praeuere: Syrus qdam nomine Eunus (magni-  
 tudo cladum facit ut meminerimus) fanatico furore simulato:  
 dum Syriae deae ceremonias iactat/ ad libertate & arma seruos  
 quasi numinu imperio concitauit: id ut diuinitus fieri probaret  
 in ore abdita nuce. qua sulphure & igne stipauerat: leuiter inspi-  
 ras flammam inter uerba fundebat. Hoc miraculum primu duo  
 milia ex obuils mox iure belli refractis ergastulis. lx. amplius mi-  
 lium fecit exercitu. Regisq; nequid malis deesset/ decoratus in-  
 signibus: castella: oppida: uicos/ miserabili direptione uastauit.  
 Illud quoq; i ultimū belli dedecus/ capta sunt castra pretorum:  
 nec nominare ipsos pudet: castra Manilli Lentuli: Pisonis. His-  
 pel. Itaq; qui p fugiuos distrahi debuissent: pratorios duces  
 profugos praelio ipsi sequebant. Tandem Perpēna imperatore  
 supplicium de eis sumptū est. Hic. n. uictos & apud Ennam no-  
 uissime obsessos/ cū fama: quasi pestilentia cōsumpsisset: reliquit  
 as latronū compedibus/ cathenis religauit: crucibusq; puniuit.  
 Fuitq; de seruis ouatione cōtentus: ne dignitatem triumphis/ ser-  
 uili inscriptiōe uiolaret: Vix dum respirauerat insula cū statim  
 a seruis & a Syro reditur ad Cilicem. Athenio pastor/ interfecto  
 domino: familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse  
 ueste purpurea, argenteoq; baculo: & regium in morem fronte  
 redimita/ nō minorem quā ille fanaticus prior consistat exercitu:  
 acriusq; multū quasi & illū uindicaret: uicos: castella. oppida di-  
 ripiens: i dominos: in seruos infestius: q̄ in transfugas seuebat.  
 Ab hoc quoq; pretorii exercitus casti: capta Serullii castra: capta  
 Luculli, sed Aquillius Perpēna: usus exemplo interclusum hostē  
 cōmeatibus ad extrema compulit: cōmunitasq; copias/ armis:  
 fame: facile deleuit. Dediissentq; se nisi suppliciorū metu uolun-  
 tariam mortem pretulissent. Ac ne de duce quidem supplicium  
 exigi potuit quīs i manus uenerit. q̄pe dū circa ad dephendū  
 eum multitudo cōtendit, iter rixantiū manus p̄da lacerata est.

TERTIVS.  
BELLVM SPARTACVM, TI. XX.

E Nimvero servilium armorū dedecus feras: nā & ipsi per fortunā in omnia obnoxii: tamē quasi secundū hoīum genus sunt / & ī bona libertatis nostrā adoptantur: Bellū Spartaco duce concitātū quo nomine appellem nescio: q̄ppe cum servi militauerint: gladiatores īperauerint: illi infimā fortis homines: Hi pessimam auxere ludibrio calamitatē. Spartacus, Chrysus: & Oenomaus: e fracto Lentuli ludo: cū septuaginta aut amplius eiusdem fortunā uiris eruperūt Capua: seruisq; ad uexillū & ad auxilium uocatis: cū statim decem amplius millia coissent hoīum: nō modo effugisse contenti: iam uindictam etiam uolebāt. Prima uelut ara Iuris mōs Vesulius placuit: ibi cum etiā obsiderentur a Clodio Glabro p̄ fauces caui montis uitigineis delapsi uinculis ad imas eius descendere radices: & exitu in uno nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapere: Inde alia castra. Deiceps Thoram: totāq; peruagantur Campaniā: nec uillā atq; uicorum uastatione cōtenti: Nolam atq; Nuceriā: Turios atq; Metapontum terribili strage populant / affluentibus indiem copiis. Cū iam esset iustus exercitus / e uiminibus pecudumq; tegumētis inconditos sibi clypeos & ferro ergastulorū recocto: gladios ac tela fecerunt. Ac ne quā dedecus iusto deesset exercitui / domitis obuiis gregib; paratur equitatus: captaq; de pratoribus insignia & fasces ad ducē detulere: nec abnuī ille de stipendiario Thrace miles: de milite desertore: inde latro: deinde ī honore uirū gladiator: q̄ defunctorū quoq; praelio ductū funera imperatoris celebrauit exequiis / captiuosq; circa rogū iussit armis depugnare. Quasi plane explaturus omne p̄teritū dedecus / si de gladiatore munerator fuisset: Inde iam cōsulares quoq; aggressus / in Apennino Lentuli exercitum cecidit: apud Mutinam Caii Caisi castra deleuit. Quibus elatus uictorū de inuadenda urbe Romana q̄ satis ē turpitudini nra: deliberauit: tandē etiam totis uiribus cōtra Mirmilonem cōsurgitur pudoremq; Romanū Licinius Crassus asseruit: a quo pulsi fugatiq; (pudet dicere hostes) ī extrema Italia cōsurrexerunt:

⋄

## LIBER

ciuitatem terruisset: profectus in Ethrusiam arma inde & exercitū urbi admoerat. Sed iam miluū pontē: collēq; Ianiculum Luctatius Catulus/ Cneus Pōpeius/ Syllanæ dominationis duces atq; signiferi alio exercitū isederāt. A qbus primo statū impetu retropulsus: hostisq; a senatu iudicatus ī cruenta fuga Ethrusiam: īde Sardinia recessit. Ibī quoq; morbo & penitentia iteriit. Victores q; nō tenuere aliis ī ciuilibus bellis/pace cōtenti fuerūt.

LVCII FLORI EPITOMATIS LIBER QUARTUS INCIPIT.

## BELLVM CATILINE. TI. I.

**C** Atilinam luxuria prium: tum hīc cōflata egestas rei familiaris: simul occasio: q; in extremis finibus mīdi arma Romana pegrinabantur: in nefaria cōsilia opprimendæ patriæ suæ cōpulere: senatum cōfodere: cōsules trucidare: distringere īcer diis urbē: dirripere aratiū totā deniq; Rempu. funditus tollere: & quicquid nec Hānibal uideretur optasse. Quibus (O nephas) sociis aggressus est/ ipse patritius: sed hoc minus est. Curii Portū: Syllæ: Cethegi: Antoniū: Varguntei: atq; Longinū: quæ familia: quæ senatus īsignia: Lentulus quoq; tūc maxime p̄tor: hos omnis īmanissimū facinoris satellites habuit. Additū est p̄gnus cōiurationis sanguis humanus: quem circumlatum patris bibere/ summū nefas: nisi amplius esset p̄pter quod biberūt. Actum erat de pulcherrimo īperio nisi illa cōiuratio in Ciceronē & Antoniū cōsules icidisset: quorum alter industria rem patefecit: alter manu oppressit. Tātū sceleris indicium p̄ Fuluiam emerfit: uilissimū scortum: sed parricidū innocens. cōsul habito senatu in p̄sentem parricidam reū Cicero perorauit: sed nō amplius profectū q̄ ut hostis euaderet: seq; palā professo incendiū suum restincturū ruina minaret. Et ille qdem a preparatū a Manlio ī Ethrusia exercitū proficiscit: Signa illaturus urbi Lētulus destinatum famlīa: suæ Sybillinis uerlibus regnū sibi uaticinās: ad p̄stitutum a Catilina diē/urbe tota/ uiros/ faces: tela disponit. Nec ciuili cōspiratione cōtentus: